ad ſacrificia demonū inuitare Et bta lucia
ait· Sacrificiū viuū et īmaculatū apud
patrē hoc eſt· viſitare viduas et orphanos
in tribulacione eorū· Ergo ꝑ iſtos tres an
nos michil aliud egi niſi ſacrificium deo viuo·
Jam quia michil ſup eſt qđ ſacrificem· me
ipſam offero in ſacrificiū deo hoſtiā viuētē·
qđ ipſi placet de hoſtia ſua faciet· Paſcaſiꝰ
dixit· Iſta verba cuicūq tibi ſimili narra
re poteris xpiano· michi aūt q̄ principum
decreta cuſtodio· iſta fruſtra ꝓſequeris·
Lucia dixit· Tu principū leges attendis ego
dei mei leges attendo· Tu principes times·
ego deū meū timeo· Tu illos offendere nō
vis· ego deū offendere caueo· Tu illis pla
cere deſideras· ego ut xpo ſoli placeam
concupiſco· Tu ergo fac quod tibi ſcis vtile·
recognoſcis· ego quod m̄ cognoſco vtile
proſpero· Paſcaſiꝰ dixit· Patrimoniū tuū
cū corruptoribꝰ tuis ſtirpaſti· et ideo q̄ſi
meretrix loqueris· Lucia dixit Patrimo
niū meum tuto loco conſtitui· Corruptores
aūt nec mentis mee nec corporis mei
aliquādo ſuſcepi· Paſcaſiꝰ dixit· Qui ſūt
corruptores mentis uel corporis· Lucia
dixit· Corruptores mentis vos eſtis· de
quibꝰ dicit aplš· corrumpūt mores bonos
colloquia mala· Suadens enim animas
hominū meretricari ut dimittāt virū
ſuū· ideſt creatorē ſuū· et ſequātur diabolū
ī idolis vanis et manibꝰ ſimulacris· Cor
ruptores vō corporis ſūt hij q̄ tpalem
delectacionē ꝑponūt delectacionibꝰ ſem
piternis et labentem leticiā ꝑpetuis gau
dijs anteponūt· Paſcaſiꝰ dixit· Ceſſabūt
verba cū fuerit ꝑuentū ad verbera· Lucia
dixit· Verba dei ceſſare nō poterūt· Pa
ſcaſius dixit· Tu ergo deus es· Lucia di
xit· Ancilla dei ſum et ideo dixi verba dei
q̄ ipē dixit· nō vos loquimini in conſpectu
iudicū· ſꝫ ſpūs ſcūs ipē loquetur in vobis· Paſca
ſius dixit· Inte ergo ſpūs ſcūs eſt· Lucia dixit·
Aplš dicit q̄ caſte viuentes templū dei
ſunt et ſpūs ſcūs habitet in eis· Paſcaſius
dixit· Ergo faciam te ad lupanar duci ut
dū fueris ſic ſcortata· fugiat a te ſpūs
ſcūs· Lucia dixit· Nūquā inquinatur corpus
niſi de conſenſu mentis· Nā et ſi ī manu
mea thurca ponas et ꝑ manum iacias
ſacrificia· deus hec attendit et ridet de ſen
ſibꝰ enī et voluptatibꝰ iudicat· nā ſic patitur
violatorē caſtitas ſicut ſerpentem ſicut
latronē ſic barbarū· Nam ſi inuitam vi
olari me feceris· caſtitas m̄ duplicabitur
ad coronā· Paſcaſiꝰ dixit· Ibi te faciam
ſub turpitudine expirare n̄ modo ceri
monijs conſenſeris auguſtorū· Lucia

dixit· Jam dixi· tu volūtatē meā nūquam
poteris ad conſenſū prouocare pcti· Ceterū
quicquid feceris corpori qđ in poteſtate tua
videris habere hoc ad ancillam xpi ptinere
nō poterit· Tunc conſularis iuſſit venire
lenones· et tradidit eā illis dicens· Inuitate
ad caſtigaciōẜ eiꝰ ꝑplos et facite eam tādiu
illudi quādiu mortua nūciet· At ubi ce
perūt eā velle trahere ad lupanar· tāto
pondere eam fixit ſpūs· ut penitꝰ moueri
nō poſſit· Accedentes aūt ſimul multi
ex officio impellentes trahentesq deficie
bant ſudore· virgo dn̄i immobilis conſiſtebat·
Tūc miſerūt funes ī manꝰ eiꝰ et pedes·
et ceperūt oēs pariter trahere· et illa q̄ſi
mons imobilis ꝑmanebat· Tūc anguſtiari
cepit paſcaſiꝰ et merore deficere· Et voca
uit magos et aruſpices et tēplorū om̄
ſacerdotes· quiq agebant oēs ſupſticiones
ſuas contra eā ut moueretur· et ita ꝑmanebat
fixa corpore ut penitꝰ nec parva eiꝰ ve
ſtigia mouerentur· Tunc paſcaſiꝰ lotio eā
iuſſit ꝑfundi credens aſſerentibꝰ q̄ ma
leficijs ſtaret imobilis· Item adducta ſūt
multa paria boū ut abipis traheretur·
et omnino nō potuit· Tunc dicit ei paſca
ſiꝰ Que ſūt iſta maleficia tua· Lucia dixit
Iſta maleficia mea non ſūt· ſꝫ ſūt bn̄ficia
dei· Paſcaſiꝰ dixit· Que racio iſta eſt· q̄
puella fragilis a mille tracta hoībꝰ non
mouearis· Lucia dixit· Si alia decē milia
adduxeris audient m̄ ſpm̄ ſcm̄ dicentem·
q̄ cadent a latere meo mille et decē milia
a dextris meis· Torquebatur itaq animo paſca
ſius et introgaciones et viſcerū crucia
menta clamabat· Cui bta virgo ait· Quid
cruciaris· quid ꝑ diuerſa mentis tue cru
ciamenta torqueris· templū dei eſſe ſi
ꝓbaſti iā crede· ſi nō ꝓbaſti diſcede· Eo
magis paſcaſiꝰ anhelabat· quia de ſe ipō ri
ſus ſibi exhiberi cernebat· Tunc ignem
circa eam fecit copioſū incendi· ita ut pi
cem et reſinam et feruens oleū ſup eam
iactarent· At illa in noīe ihū xp̄i ſtetit im
mobilis dicens· Et ego rogaui dn̄m meū
ihm̄ xp̄m ut ignis iſte non dominetur ī me
quatinꝰ tibi inſultent fidentes in xpo· Et
ideo petiui inducias martirij mei· ut cre
dentibꝰ timorem tollerem paſſionis et n̄
credentibꝰ vocem inſultacionis afferrem·
Tunc anguſtiante eū nō ferentes amici
eiꝰ gladiū in eiꝰ viſceribꝰ mergi fecerūt·
etiā pauſſa quādiu voluit orauit· quādiu
voluit allocuta eſt turbam circūſtantem
dicens· Adnūcio vobis pacem datam et
eccl'ie dei· dioclecianū de regno ſuo deiectū
et maximianū hodie mortuū· et ſicuti
habet cathinenſiū ciuitas intercueniente

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Kantonsbibliothek, Vadianische Sammlung, VadSlg Ms. 70, f. 113r – Casus Sancti Galli; Vitae sanctorum (http://www.e-codices.ch/fr/vad/0070/113r)